



**Francisci Monacelli Eugubini J. U. D. Protonotarii  
Apostolici, olim Ecclesiæ Venusinæ, ac deinde Æsinatis  
Vicarii Generalis, &c. Formularium Legale Practicum Fori  
Ecclesiastici**

In Quo Formulæ Expeditionum usufrequentium de his, quæ pertinent ad Officium Judicis nobile, continentur ; Opus Episcopis, Vicariis Generalibus,

Aliisque Iurisdictionem quasi Episcopalem exercentibus: necnon Confessariis, Parochis, Cancellariis, cæterisque in dicto Foro versantibus,  
apprimè utile ...

In qua præter formulas Declaratoriarum Censurarum, ponuntur aliæ formulæ, tum Citationum, ac Monitionum pro validitate processuum requisitarum, tum Decretorum, aliorumve actuum ad opportunitatem, & ornatum materiæ incidentium; acceditque in calce Appendix miscellanea, plura, ad Gubernium ...

**Monacellus, Franciscus**

**Venetiis, 1709**

Denunciationis Form X.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62433](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-62433)

## Denunciationis Excommunicationis.

## F O R M U L A X.

**H**IC auctoritate Ordinaria declaratur, & denunciatur excommunicatus excommunicatione majori nobis reservata N. Judex laicus, ex eo, quia per nos honorificè requisitus, & postea judicialiter monitus ad præstandum auxilium sui brachii sacerdotalis pro executione nostræ sententiae juridice latæ contra N. pro .... illud contra juris statuta, cum maximo justitiae, & publici boni detrimento, præstare renuit, & recusavit. Ut igitur tanquam contumax, & inobediens Ecclesiæ in re gravi, ab omnibus vitetur, præsentes publicari jussimus; & ita excommunicatus permaneat, donec parendo condignam dederit satisfactionem, & a nobis meruerit absolviri. Datum &c.

N. Vic. Gen.

Loco  Sigilli.

N. Actuarius.

## V E L

**C**ON autorità ordinaria si dichiara, e denuncia scommunicalo di scommunica maggiore a noi riservata N. Giudice laico, perchè essendo stato a nostro nome con il dovuto rispetto richiesto, e di poi anche giudizialmente interpellato, a concedere l'aiuto del suo braccio secolare per l'escusione della sentenza giuridicamente promulgata da noi contro N. per .... hæc contro la disposizione, e diritto legale, con gran danno e disprezzo della giustizia, e del pubblico bene, negato di concederlo: ed accioche come conrumace e disubbidiente alla Chiesa in cosa grave sia da tutti fuggito, evitato, si sono pubblicati i presenti Cedoloni; e stia scommunicalo, fin tanto che averà ubbidito, e dato alla Chiesa la condegna sodisfazione, & ottenuta da noi l'affolluzione. Dato &c.

N. Vic. Gen.

Loco  Sigilli.

N. Attuario.

## ADNOTATIONES.

**VISAREQUISITIONE.** Qua forma sit facienda brachii sacerdotalis imploratio, jam ostendi p. 2. tit. 15. for. 9. ubi n. 8. monui, quod Judex laicus est prius requirendus benignè, & postea per Censuras cogendus, si delegeat auxilium, ut præter authoritatem Romaguer. ad Synod.

Gerund. lib. 5. tit. 10. cap. 9. n. 23. quam ibi allegavi, docet etiam Graff. de effect. cleric. effect. I. n. 1018.

Visis monitionibus. Dicitur hoc in plurali, quia secundum litteram nostri textus admonitio debet esse tripla, hæc enim vocatur legitima, gloss. in cap. contingit il 2. vers. tertio de sent. excomm. idest. Prima, ad præstandum infra ... dies auxiliis.

*auxilium brachit sacerdotalis pro exequitione sententiae contra N. sub pena excommunicationis. Secunda ad dicendum, & allegandum infra... dies, causam quare non debeat excommunicari. Tertia ad comparendum infra... dies, & videndum, & audiendum se excommunicari, & successivè excommunicatum declarari, & pro excommunicato publicè denunciari, Cedulones decerni, & affigi per loca solita, &c. ut docent Canonistæ quos refert, & sequitur Bellet. disq. cleric. de favor. can. §. 4. n. 22.*

<sup>5</sup> Verum si monitiones non fierent distinctæ, sed unica, quæ tres complectantur, sufficit pro validitate, juxta aliam literam cap. constitutionem §. Statuimus de sent. excom. in 6. nam una monitio cum intervallo aliquorum, saltem duorum dierum, habet vim trinæ monitionis, hoc est si dicatur -- Manetur N. in termino peremptorio sex dierum, quorum primi duo sibi assignantur ad dandam, & præstandum brachium sacerdale pro exequitione Sententiae per nos latæ contra N. sub pena excommunicationis, alii duo ad dicendum, & allegandam causam quare non debeat excommunicari, alii vero duo ad comparendum, & videndum, & audiendum se excommunicari, & successivè pro excommunicato publicè denunciari, Cedulones decerni, & affigi per loca solita, &c. hæc enim monitio taliter concepta æquivalet tribus, ut docent DD. in d. c. constitutionem de sent. excomm. in 6. Graff. consil. lib. 5. p. 1. cons. 4. num. 7. 8. & seqq. de sent. excom.

<sup>4</sup> Temporis vero intervallum istius Canonice monitionis est judici arbitriarium, ita ut augeri, & minui possit, pro rerum, & facti qualitate, Ricc. prax. rec. for. Eccles. par. 3. ref. 132. num. 3. Bellet. disq. cleric. loco supra cit. n. 23. & 43. in fin. Sperrell. decis. 48. n. 58. & 59. At catus, & circumspectus in hoc debet esse judex: nam si juxta facti, & delicti speciem, tempus præfixum, & præsertim in excommunicatione ab homine ferenda, esset nimis breve, & incongruum pro defensione citati, monitio esset nulla, tanquam nimis eum arctans, ut in causa civili minoris relevantiae dixit Rot. cor. Merlin. dec. 430. n. 12. & 13.

*Quod eum excusare possit. Per hujus Monacelli Form. Pars III.*

clausulæ expressionem datur intelligi, quod judex laicus potest aliquando iuste denegare suum auxilium, v. gr. si judex Ecclesiasticus requires, fidem non faceret de processu: vel si in crimine sacerdotali, vel mixti fori de quo ipse judex laicus potuisset cognoscere (nam in cæteris merè Ecclesiasticis est merus executor) sententiam protulisset, sive mandatum relaxasset juris ordine non servato, sed extrajudicialiter, & de facto processisset: vel illud quod judex Ecclesiasticus vult exequi, esset evidenter iniquum, & injustum, vel evidenter nullum dixi evidenter, nam si injustitia, aut nullitas esset latens, & occulta, & de ea non constaret, judex laicus in dubio debet exequi, & obedire, ut hæc declarando bene advertit Graff. de effect. Cleric. effect. 1. à n. 1025. cum pluribus seqq. Pirhing. in jus can. tom. 1. tit. 31. n. 48. cum aliis auctoritatibus allegatis d. par. 2. tit. 15. ad form. 9. num. 4.

*Esse excommunicandum. Licet Gloss. hic in fine dicat, quod judex laicus ter monitus denegans auxilium, incurrit excommunicationem ipso jure: nihilominus ut advertit Gratian. in cap. antecedente §. præterea (& est communis opinio) censura hujus canonis non est latae, sed ferendæ sententiæ. Quod autem possit, & debeat judex laicus censuris compelli ad præstandum auxilium, sive brachium judici Ecclesiastico illud jure requirenti, si præstare renuat, est certum, in jure, & probant DD. a me citati d. par. 2. tit. 15. ad form. 9. num. 7. Barbol. in c. statuimus numer. 8. de maledic. & alii in magno numero cumulati à Romaguer. in Glos. ad Synod. Gerund. lib. 5. tit. 10. c. 9. num. 23.*

Et tam pro causis merè Ecclesiasticis, quam mixti fori, cum enim Episcopus in omnibus delictis, in quibus secundum juris dispositionem potest inquirere, & punire, debeat, si opus fuerit, implorare (ut delinquentium contumacia reprimatur) hujusmodi sacerdale auxilium, ut habetur expressum in cap. 1. de offic. ordin. & tradit Gloss. in c. plerisque verb. brach. sœcul. tit. cod. & in cap. quoniam, sequitur, quod indistincte possit ad illud

E 3 præ-

præstandum compellere , Glos. in d. c. 1.  
 verb. præjudicandum , & in cap. statutus  
 verb. contra eum de maledic. Dian. part. 1.  
 tract. 2. resol. 108. scilicet censura excom-  
 municationis , vel etiam interdicti , cum  
 ejus arbitrio puniendus sit judex laicus ,  
 Menoch. de arbitrar. lib. 2. cas. 452. num. 3.  
 licet praxis admittat , ut judex laicus inob-  
 diens excommunicatione plectatur do-  
 nec paruerit , Ricc. prax. rer. for. Eccles.  
 p. 1. post resol. 298. notabilita in mater. im-  
 plorat. brachii n. 2. nisi ageretur de implora-  
 ratione brachii secularis ad tuendam clau-  
 suram monialium : quia in ea si judex sive  
 magistratus laicus , auxilium non impen-  
 deret , esset ipso facto excommunicatus  
 vigore Concilii Trid. sess. 2. c. 5. de regul.

10 Quid si judex laicus non habeat fami-  
 liam armatam , nec alio modo valeat au-  
 xilium imploratum præstare ? an tali casu  
 vel alijs si brachium sæculare implorare  
 nollet , possit Episcopus pro exequitione  
 suorum mandatorum , uti opera Clerico-  
 rum ? & dicas , quod non ; quia honestas  
 ipsa Clericalis non patitur , quod Clerici  
 exerceant officium Satellitum , quod est  
 infame , Sperell. decif. 77. num. 2. Si enim  
 Episcopus mitteret Clericos armatos ad  
 capiendum reos , vel pignora , esset res  
 pessimæ exempli , pluries à Sacr. Congr.

damnata , ut testantur Nicol. lucubr. car-  
 lib. 5. tit. 39. post n. 109. ver. At Episcopus  
 Pignatell. consult. 66. n. 21. tom. 5. Pellegr.  
 prax. Vicar. crim. par. 4. sed. 8. n. 63. Unde  
 Præfules ab hujusmodi commissione o-  
 nino abstinere debent : quamquam in ci-  
 vilibus intimatio alicuius mandati , possit  
 à suo Superiore etiam Clericis committi ,  
 Rot. cor. Burrat. decis. 176. n. 2. imò per  
 modum defensionis liceat Episcopo uti et-  
 iam gladio temporali , Glos. fin. & DD.  
 in c. dilectio de sent. excom. in 6.

*De excommunicatione contenta in cap.  
 diffinivit. 17. quæst. 4.*

Frequenter de hac excommunicatione  
 in foro Ecclesiastico contingit dubitari , &  
 disceptari : quia frequenter confugientes  
 ad loca Sacra , & immunia , temerè à  
 judicibus laicis , eorumque exequitoribus  
 absque Episcopi licentia , vi extrahuntur ,  
 Propterea constito de violenta à loco im-  
 muni extractione , Episcopus nulla in-  
 terposita mora , præmissa monitione con-  
 tra judicem mandantem vel approban-  
 tem , & extrahentes , ad restituendum  
 extractum loco immuni , si parere detre-  
 stent , procedat ad declaratoriam modo  
 sequenti .

Sententiae Declaratoriæ.

F O R M U L A I X.

**V**isa relatione Promotoris nostri fisci de , & super violenta extractione N. Confugæ laici ab Ecclesia N. loci N. per satellites Curiæ N. facta die . . . . Visa informatione capta , & monitione exequanta contra N. Judicem mandantem (vel approbantem) & Promotorem ejus fiscalem , & exequidores , ad restitu-  
 endum d. Ecclesia extractum , & attenta eorum contumacia in parendo , dicimus & declaramus d. N. Judicem , promotorem ejus fiscalem , & extrahentes , de qui-  
 bus in Processu , damnabiliter incidisse in excommunicationem majorem con-  
 tentam tam in c. diffinivit. 17. quæst. 3. quam in Constitut. 7. Greg. XIV. cum alijs ,  
 & esse nominatim publicè denunciandos ; ideoque Cedulones decernimus affigi ,  
 ac publicari volumus , & mandamus omni , &c

N. Episcopus N.

N. Actuarius.

S U M-